



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Si vis quod non habes, da quod habes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

hominibus, iudicate te; nec liberatur, condemnante te. Nonne hoc ita modo sentis? At nonne te ipsa post contra senties, magis humana timendo iudicia ex vituperia, quam divina! gravius putando condemnari ab hominibus, quam à Deo

damnari! Respice ab hac infania, Et da locum *Ecclesi. 19.* timori Altissimi, quia omni sapientia timer Dei, & in illa timere Deum.

Vide infra Feriam 4. post Dominicam sextam Epiphaniæ & verbo *Iudicium. Virtutes dandum,*

## DOMINICA II. POST EPIPHANIAM

NISI sit Septuagesima. Quæ aliquando, licet rarius, in hanc Dominicam incidit. Frequentius autem in sequentes; cum vero relictis aliis, Ipsi Septuagesimæ adherendum.

### DE AQUA IN VINUM MUTATA, A CHRISTO DOMINO, AD NUPTIAS INVITATO:

*Implete hydrias aqua. Ioan. 2.*

#### VERITAS PRACTICA.

Si vis quod non habes, da quod habes,

**SENSVS & RATIO** est, quod cum Deus in omnibus suis operibus Misericordiam simul, & Iustitiam coniungat, si quid à Misericordia posimus, Iustitia non denegemus quod à nobis petit.

Sed divina Iustitia hoc à nobis petit, ut si quadam difficilius velimus qua non habemus, demus aliqua facilius, qua habemus.

Ergo si vi quod non habes, da quod habes. Aut certe inique agi contra Deum.

#### I. PUNCTUM.

*Ioan. 2.*

**N**UPTIÆ factæ sunt in Cana Galilee, & erat Mater Iesu ibi; Vocatus est autem & Iesus, & Discipuli eius ad Nuptias: Et deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum; vinum non habent, cum illa ministris, quodcumque dixerit vobis, facite; Dicit illis Iesus: implete hydrias aqua, & impleverunt eas ad usque ad summum, Quæ statim aqua in vinum optimum conversa est. Videri possunt, & considerari alia, quæ de hoc primo miraculo Christi referuntur ab Evangelista. Tum vero illud imprimis consideratione dignissimum, quod cum Dominus vellet indigentibus dare vinum, non alter illud dederit, quam datâ prius ab eis aquâ. Cur ita porro? Nonne poterat vinum ex nihilo, aut ex aëre facere sine aqua? Aut nonne poterat si-

mul ipsam aquam & vinum facere; Cur illam sibi dari iussit, & in illas infundi hydrias, in quibus vinum merum erat facturus?

Ratio literalis est, ut sic miraculum vini facti, magis appareret, quando constaret omnibus nihil in vasis esse nisi aquam. Allegorica vero est quam refert sanctus Maximus, Novi nobis poculi prælibatum est sacramentum, Id est per illam aquæ conversationem in vinum, præsignificare voluit Dominus, sacramentalem conversionem vini in sanguinem suum: Vel ut ait, sanctus Augustinus, Fecit de aqua vinum Christus, cum aperuit sensum & exposuit scripturas; sic enim sapit quod non sapiebat. Anagogico item sensu, ad paratas in cælo delicias ex his paucis operibus nostris quæ per Gratiâ Dei facimus, referri potest.

Denique Tropologica, & Moralis expositio est, idcirco petitam & datam esse aquam, ad habendum vinum, ut intelligeremus sic à nobis ea peti à Domino quæ habemus, ut ab Eo impetremus quæ non habemus. Sic quando in deserto satiavit multitudinem jam triduo se sequentem, nec habentem quod manducaret; Non nisi ex datis sibi panibus, & pisciculis, eam satiavit; multiplicavit quidem panes, sed panes sibi datos, & non alios. Sic planè tecum ager, si sic cum Illo egeris; Da quod habes & quod petit à te Deus, si vis habere quod non habes & quod ab ipso petit.

Ratio quæ affertur eò magis certâ est, quo in ipsis Dei Attributis fundatur; Sunt autem duo attributa, Misericordia & Veritas seu Iustitia quæ in omnibus Dei operibus reperiantur, juxta illud

Pf. 24.  
& 100.

1. p. 9 21.  
4. 9.

Hom. 4.  
super mis-  
eriam.

Pf. 113.

lud Psalmistæ; *Univerſa viſa Domini, miſericor-  
dia & veritas; & Miſericordiam & Iudicium  
cantabo Tibi Domine;* Quo de argumento arti-  
culum expreſſum habet S. Thomas, ubi offen-  
dit in liſ quæ nobiſcum agit Deus, ſic Miſeri-  
cordiam nos prævenire & obſequi, ut Juſtitia  
ſimul jungatur, quatenus ſcilicet de Noſtro a-  
gendum eſt aliquid, quod ita juſtum & æquum  
eſt, ut niſi illud agamus, nos plane indignos red-  
damus miſericordia. Si verò fideles ſimus in a-  
gendo, tunc & ipſe ſe fidelem ita præſtat, ut non  
ſolum plura retribuatur, ſed & meritis noſtris tri-  
buatur, ne cuncta gratis agat. Sic paucis aptè S.  
Bernardus: *Qui omnes homines vult ſalvos fieri,  
merita nobis extorquet à nobis, & dum nos præve-  
nit tribuendo quod retribuatur gratis; agit, ne gratis  
tribuat.*

Vide caput decimum octavum Ezechielis, ubi  
poſtquam de hac Dei juſtitia, & æquitate actum  
eſt ſuſius; Tum Ipſe Dominus inſtat: *Et dicunt  
Filij Iſrael, non eſt aqua via Domini? Nunquid  
via mea non ſunt aqua, domus Iſrael. & non magis  
via noſtra prava? Quasi diceret, numquid Illud  
quod volo à te fieri, Juſtum & æquum eſt, ut ob-  
tineas quod à me petis: Quod ſi vero juſtum  
& æquum eſt, nunquid tu injuſtus, & iniquus  
eſ, qui non Illud præſtes? Reſponde & dic cum  
Propheta, *Luſtus eſ Domine, & rectum iudicium  
tuum. Mandaviſti juſtitiam teſtimonia tua & veri-  
tatem tuam nimis.**

I I. P U N C T U M.

**S**ED Divina Juſtitia ſeu æquitas hoc à nobis exi-  
git, ut ſi qua difficiliſima petimus qua non habemus,  
demus aliqua facilitiora qua habemus, ad illa  
facilius impetranda.

Luc. 19.

Pf. 17.

cap. 8.

Sic enim ab una Gratia diſponimur ad aliam,  
ut cum fideles fuerimus primæ acceptæ gratiæ,  
fidelem etiam experiamur Eum qui dixit: *Omni  
habenti dabitur, & abundabit; ab eo qui non ha-  
bet, & quod habet auferetur ab eo.* Sic aptè Da-  
vid: *Et retribuatur mihi Dominus ſecundum juſti-  
tiam meam, Et ſecundum puritatem manuum  
mearum, in conſpectu oculorum eius.* Cum ſan-  
cti ſanctiſſimis. Et quæ plura pergit ad Domi-  
num, quibus indicat eum fore talem erga unum-  
quemque, qualis ipſe erga eum fuerit, tu uſu  
gratiarum & mediorum quæ ordinavit ad finem  
aliquem. Hinc Sapiens, *Vi ſciviſ, inquit, quo-  
niam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus de-  
ret, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc do-  
num, adij Dominum, & deprecatus ſum illum.*

Videſne orationem exigi tamquam aliquid  
facile, ut Continentia quæ res eſt difficiliſ, ob-  
tineri poſſit?

Sic univerſim S. Auguſtinus de Ipſius oratio-  
nis neceſſitate ad alia quæ viſ impetranda: *Qui  
novit, inquit, bona data dare filiis ſuis, petere nos  
& querere, & pulſare compellit. Quod quædã fa-  
ciat, qui novit quid nobis neceſſarium ſit prius  
quàm petamus ab eo, movere animum poſteſt, niſi  
intelligamus quod Dominus & Deus noſter non  
voluntatem noſtram ſibi velit innoſcere quam  
non poſteſt ignorare, ſed exerceri in orationibus de-  
ſiderium noſtrum, quo poſſimus capere quod præpa-  
rat dare. Sic ut dimittat nobis decem millia ta-  
lenta, id eſt, gravia, & multa peccata, vult à no-  
bis dimitti centum denarios, id eſt modica quæ-  
dam debita, leves quaſdam offenſas à proximo  
nobis illatas, quæ tamen ſi graves nobis videntur,  
non niſi tamen leves ſunt, ſi comparentur  
cum peccatis noſtris, quibus divinam offendi-  
mus Majeſtatem.*

Ep. 121.  
ad probam

Matth. 18.

Iſa. 2.

Iob. 29.

Denique quid ſunt præcepta omnia, quid  
conſilia, quid ſacrificia, quid ſacramenta, quid  
virtutes, & alia Inſtituta moraha, niſi viæ quæ-  
dam, & media quæ à Divina Juſtitia exiguntur  
ut ſic ab uno ad aliud procedentes mereamur  
aſſequi quod promittit? *Si volueritis & auſer-  
itis me, bona terra comedetis. Quod ſi nolueritis &  
me ad iracundiam provocaveritis, gladius de-  
vorabit vos: Quia os Domini locutum eſt. Id eſt, hoc  
firmum fixum eſt, quod quæ ſtatuta ſunt à Deo  
media, ad aliquid obtinendum, tam exactè ſer-  
vanda ſunt, quàm cupidè volumus illud obti-  
nere. Velleſne hanc divinam ordinationem pro-  
ſcindere tamquam injuſtam? aut cum aperte ju-  
ſta ſit, depravare? Quid hæres, quid diſſimulas?  
Numquid qui contendit cum Deo, tam facile con-  
quieſcit? Vtique qui arguit Deum, debet reſponde-  
re ei.*

III. P U N C T U M.

**S**i vis ergo quod non habes, da quod habes; Si viſ  
Continentiam cordis, contine oculos, conti-  
ne linguam, & membra corporis, Illud diffi-  
lius & magis remotum à tua poteſtate, ſed iſtud  
facilius & magis à te dependens. Quamobrem ſi  
viſ illud quod non habes, & quod eſt obtentu dif-  
ficiſ: Da libenter iſtud quod habes facilius,  
quia ſic exigit Divina juſtitia, ut non niſi per i-  
ſtud, poſſis aliud obtinere; *Dimittite, & dimit-  
temini; Data & dabitur vobis: miſerant bonam  
& conferant & congregant; & ſuperfluenti dæ-  
bunt*

Luc. 6.

bum in sinum vestrum; Certè quando non ita exigeret Divina Justitia, quando sola nostri ratio haberetur; nonne sic pauca quædam danda essent ut majora redderentur? Quis non libenter seminat, ut colligat? Quis non libenter aquam daret pro habendo vino? Quis non modicum olei & farinae porrigat, ut quantum recepit Vidua sareptana, recipiat?

3. Reg. 17.

O damnosam hominum parcitatem, qui se vi-  
no privant quia dare nolunt aquam! Qui se De-  
votionis, Meditationis, Continentiæ, Charita-  
tis, & aliarum Virtutum dono, seu præcipuis  
actibus in dignos reddunt, quia faciliores exhi-  
bere nolunt, nec de suo conferunt illud exiguum  
quod ab eis Deus petit! Si nostra peteret non re-  
muneranda, nonne etiam illi danda essent? Quan-  
tò magis cum nihil petat quod non multiplici  
fœnore cumulatam reddat? Hinc sapiens; Bono ani-  
mo gloriam redde Deo; In omni dato hilarem fac

Ecclesi. 35.

nimo gloriam redde Deo; In omni dato hilarem fac

vultum tuum, quoniam Dominus retribuens est;  
& septies tantum reddes tibi; Et sanctus Leo; Ad  
quod accipias, sero quod metas, sparge quod colligas;  
Quin & ipse Dominus, tam aperte: Quare non  
dedisti pecuniam meam ad mensum, & ego veniens  
cum usuru utique exegissem illam? Tibi tam verè  
loquitur, quàm verè tibi dedit quod illi offerres,  
ad ampliora promerenda, quæ vix tamen offers.  
Quid excusas?

Luc. 19.

O Virgo potentissima, rogare te libenter, ut  
quod mihi deest indices Filio tuo, dica; que illi,  
humilitatem non habet, devotionem, charita-  
tem aut quidquid est aliud magis necessarium:  
Sed quandoquidem mihi de meo est aliquid con-  
ferendum: da id efficiam quod meum est ut  
quod est Domini, Dominus in me operetur. Vi-  
de in particulari quid à te requirat, ad perfectio-  
rem Virtutum praxim.

## IX EADEM DOMINICA.

Vocatus est Iesus ad Nuptias. Ioan. 2.

### VERITAS PRACTICA.

Sicut in tristibus, sic in lætis: Sicut in adversis,  
ita in prosperis, advocandus est Iesus.

**RATIO EST.** Quia idcirco in tristibus & ad-  
versis advocandus est Iesus, quia sunt periculo-  
sa peccandi tempora, quibus sine Iesu vix te à  
nimia continere possis tristitia.

**SED** læta & prospera non sunt minus periculosa,  
suo modo, peccandi tempora.

Ergo in istis non minus advocandus est Iesus, quàm  
in illis. Quod tamen pauci per suasum habent.

Ps. 49.

**A**D primam propositionem exponi pos-  
set, quod cum semper & in omnibus in-  
vocandus est Iesus, tum verò maxime,  
periculosus in negotiis ac diebus. Invoca-

Ecclesi. 18.

me, inquit, in die tribulationis. Ex omnibus au-  
tem periculis nulla magis timenda sunt quàm  
peccati: Sapiens in omnibus metuet, & in diebus  
delictorum attendet ab inertia. Peccandi porro  
pericula sunt adversitates, funera, calumnia,  
morbi, jactura & quidquid tale est in mundo,  
undè magis contrahitur animus, atquè ex illa  
nimia contractione & angore animi nascuntur  
iræ, rixæ, murmura, blasphemias, desperationes, &  
similes depravati affectus, qui graviora sunt pec-  
cata quàm putentur, quia tum Afflicti licet & si-

bi omnia putant. Quapropter tum advocandus  
Iesus, & conciliandus Iesus, & concilianda di-  
vina gratia. Tristatur aliquis vestrum? orat.

Iac. 5.

**SED** læta & prospera non sunt minus, suo mo-  
do periculosa peccandi tempora.

Tum enim animus facile dissipatur, insolescit,  
superbit, jactabundè multa effudit: tum deliciæ,  
tum convivii, ioci, risus, amores, scurrilia, lu-  
dicra, profana & quæ nominari non debent vi-  
tia, quis nescit inde redundare? Mensa eorum co-  
ram ipsis in laqueum & in scandalum. DVCVNT in  
bono dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Ps. 68.

Tunc enim eò descendunt quando peccant. Hi  
sunt in epula sua macula, convivantes sine timo-  
re, semetipsos pascentes, fluctus feri mari, despu-  
mantes suas confusiones, sidera errantia quibus  
procella tenebrarum servata est in æternum.

Iob. 2.

Iudas.

**NON** minus ergo in ista læta quam in tristibus,  
neque minus in prospera quàm in adversis, ad-  
vocandus est Iesus; Quia non minus pernicio-  
sa peccandi sunt tempora, qua læta sunt, quam qua  
tristia, sicquè propterea, si iustis & probis licet,  
aliquando epulari & gaudere, epulentur certè &  
exultent, Sed in conspectu Domini, sed in timore  
Domini, sed in Domino; Cum alioquin injustè  
exaltarent, plus æquo exultarent, & tum iusti  
esse desinerent. Erat populus jucundus secundum  
faciem sanctorum, ait sacra scriptura; quasi dice-

Ps. 67.

Judith. 16.

ret,